



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Exercitium quo animæ de peccatis præteritis conteritur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

18 SPECVLVM ANIMAE

2. Par. 36-

catorum, quibus constricta teneris, & conuertere ad Dominū Deum tuum, qui benignus ad penitentiam te expectat, & peritet super malicias hominum. Surge igitur, de admissis criminibus. dolorem concipe, veniam eorum à Deo clementissimo humili prece efflagita, & prima oportunitate omnes animæ tuæ maculas integrè sacerdoti patefac, & explica; sicque per Confessionis Sacramentum abluta & perpurgata, si ad sublimiorem perfectionis gradum ascendere atque à Christo illuminari cupis, infra scriptum exercitium quotidie exerce, illud namque ostij vice tibi erit, quo ad perfectionem ingrediaris.

*Instruitur
anima quid
agere de-
beat.*

Ostium primum. per quod ad perfectionem facile peruenitur.

*Exercitium
nocturno
tempore ex-
cendendum.*

RE C I P E te anima mea, postquam Confessionis Sacramento ab omnibus scelerum maculis emundata fueris, per singulas noctes in locum aliquem solitarium, & ab hominum tumultu & strepitu semotum, atque inibi profundissimo noctis silentio.

PARS PRIMA. 19

lento, toto corde coram altissima
DEI Patris, & Filij, & Spiritus San-
cti, maiestate humiliata, ac in ter-
ram prostrata, oculos ad coelum eri-
ge, & ad D^{nm} V M per colloquium
conuersa, ipsum quantis potes lau-
dibus & praconijs affice, temetip-
sam verò accusa, argue, & increpa,
ac decem vel duodecim criminum
tuorum praeter ceteris grauiorum &
foediorum, quibus diuinam maie-
statem offendisti enumera, atq; cum
filio prodigo dic:

*Pater peccaui in caelum, & coram te,
iam non sum dignus vocari filius tuus.*
O Pater coelestis, ego sum foeda illa,
& impudens meretrix, sponsa qui-
dem tua, sed quæ pluribus annis, me-
metipsam mundo, carni & diabolo
prostitui; fidem datam violauit; ac
nefandis adulterijs & scelerib⁹ meis
tam multis, vt numerari nequeant,
imò nec ab omnibus creaturis quã-
uis linguis praeditæ forent, enarrari
valeant; tuam diuinam maiestatem
ad iram prouocauit.

*O Pater peccaui, super numerum arenae
maris,*

Luc. 15.

*Accusat se
anima pec-
catricis.*

2. Par. 36.

10 SPECVLVM ANIMAE

maris, multiplicatae sunt iniquitates meae
Domine, multiplicatae sunt iniquitates meae,
& non sum dignus intueri & aspicere alti-
tudinem caeli, pro multitudine iniquitatum
marum, quia excitavi irundiam tuam,
& iram coram te feci. Haec dicendo,
suspira, geme, plora, vehementissi-
me atq; ut tanto efficacius ad dolo-
re & planctu exciteris, magisq; tei-
psam confundas & humilies, bene-
ficia quae tibi Deus contulit primo
generalia, deinde specialia recole,
cumq; lachrimis & suspirijs sic ad
eum conuersa, dic:

Generalia e-
numerat be-
neficia sibi a
Deo presta-
ta.

O Domine ego sum ingrata &
scelerata illa anima, quae cum in me
ipsa nihil essem, a te Patre benignis-
simo, & omnipotenti de nihilo crea-
ta, atq; ad imaginem & similitudi-
nem tuam condita sum: tamq; no-
bili & praecelaro esse donata, ut in
praesenti vita per gratiam te possi-
dere, & in futura per gloria te per-
frui valeam: Et nihilo fecius ego
misera & infaelix seuerissimum tu-
um iudicium, iustitiamq; in me vs-
que adeo prouocaui, ut nisi tu benignis-
sime

nissime, ac clementissime Domine mihi succurras, auxilioque sis, melius mihi fuerit, nunquam solis huius lucem aspexisse, aut in mundum editam fuisse.

O IESU cruci affixe, Domine mi, *Enumeras beneficia à christo sibi præstita, speciatim mortem quam pro se subiit.*
 nunquid non es tu summus ille beatorum spirituum rex & Imperator, ac Deus potentissimus, qui te ad eum demisisti, ut mei causa homo fieri, in hoc mundo triginta tribus annis, tanquam abiectus, & infimæ conditionis homuncio conuersari, & fatigari, multisq; molestijs, persecutionibus, aduersitatibus & contumelijs exerceri dignatus sis?

Et nihilominus ego Domine, maiestatem tuam per summum scelus & arrogantiam spreui, teq; fontem vitæ, cum sordibus, immunditijs, ac spurcitijs huius mundi commutavi. O cæcam. O miseram me. Quo fugiam? Vbi abscondar à facie tua?

Heu me miseram Domine, qui *Enumeras ea que christus sua causa passus est.*
 contentus minimè fuisti, eò te humiliasse, ut Deus cum esses, homo fieres, quin etiam ut omnes amoris abys-

22 SPECVLVM ANIMAE

abyssos superares, mei amore, innu-
mera conuitia, cruciatus & tormen-
ta sustinere, arque adeò toto corpo-
re concidi & vulnerari voluisti, vt à
planta pedis vsque ad vèrticem, non
fuerit in te sanitas: Et vulneribus ac
liuoribus ita deformari, vt tanquam
leprosus & nouissimus virorum re-
putatus sis, *cui non esset species neque
decor.*

Isa. 13.

Quid igitur agam misera? Quid
infaelix dicam? Quo me conferam?
quãdoquidem tam immanium cru-
ciatuuum, afflictionum, contumelia-
rum, tormentorũ ac poenarum cau-
sa, ego sum. Quæ non modo nullam
tibi gratiam, per eorum omnium
quæ pro me fecisti & pertulisti, ag-
nitionem & gratiarum actionem
rependi: sed etiam benignitatem &
maiestatem tuam sordibus & im-
munditijs meis prouocaui, adeoque
commerita sum, contra quam om-
nes creaturæ arma capiant, vltio-
semq; scelerum, quibus altissimam
ac tremendam maiestatem tuam of-
fendi, à me exposcant.

Crederem

O cœ-

PARS PRIMA. 25

O cœlum. O terra, O aqua. O ignis. *omnes ad*
O Lupi. O Ursi. O Leones. O Tigres. *vindictam*
ac cœtera immanitate singulari *sumendam*
animalia, venite, dilaniate ac discer- *advocate.*
pite miserū hōc corpus. O Serpen-
tes. O Dracones, cunctæque vene-
nosæ bestię, venite, mordete, ac di-
lacerate, me impiam & sceleratam.
O creaturæ Dei omnes, adeste ad-
uersum iniquam & flagitiosam hanc
animam, & ultionem iniuriarum &
offensarum, quibus Dominū, Crea-
torem, & Deum vestrum impuden-
ter ac nefariè affecit, ab ea expo-
scite.

*Deinde diuina beneficia speciatim
sibi collata, enumerat:
dicendo.*

O Domine, quantis, præter gene-
ralia prædicta, specialibus be-
neficijs, iniquam & ingrati-
am hanc, animam dicam an cadauer,
aut foedam vilissimamq; bestiam,
tibi obligasti?

O ingratiſſima & iniquiſſima a-
nima mea considera tecum paulif-
per;

*Beneficia
particularia
enumerat.*